




ENCOMIA

Quæ


ADMODVM RE-  
VERENDO NOBILI ET  
CLARISSIMO VIRO DOMI-  
NO IOANNI SCHELLE, SS. THEO-  
logiæ & SS. Canonum Licentiatu, Ducalis  
Collegij GEORGIANI designato  
Regenti.

CVM NON. MAII. INGOLSTA-  
DII PVBLICO SOLENNIÆ RITV. SS.  
Theologia Doctor inaugurateur-

Accinuere Collegij Georgiani Alumni.



INGOLSTADII,  
Typis GREGORII HÆNLIN.





**V**ltima cum Terras urgebunt Fata,  
DEV Sq;

Fus dicet, tolletq; simul cum corpore  
Leges,

Allapsu Mala dira suo minitabitur orbi,  
Quando suas fæces immensi Machina Mundi  
Deseret, atque noua facie purganda nitescet,  
Prævia depingent venturos signa dolores:  
Nec pingent, tanti nequit esse doloris Imago.  
Mærebit Phæbi lampas suffusa rubore,  
Atq; suos Lunæ radios, Lucemq; negabit;  
Fgniuomos tum Terra sinus, tum pandet hiatus

Et freta frendentes sinuabunt turbida fluctus  
Insuper Armigerum Martem Bellona vocabit,

Et Regnis Bello collidet Regna Cruento,

72

*Inq piam Christi tandem feret Arma cohortem,  
Arma sed inuidæ nunquam nocitura cohorti.  
Squameus ipse Draco Belli crudelis iniqui  
Dux erit, Immotamq; volens euertere Petram,  
Christi affectabit Nomen, Regnumq; perenne.  
Sed Phlegetonteis confisus viribus, illa  
Christiadum mentes stygij fæx perdita furni  
Hæreos Monstro densisq; Erroribus anget.  
Illa feret furios, veriq; in Imagine falsum,  
Illa fidem canam toto conabitur Orbe  
Pellere, sed stygiis non cedet viribus illa.  
Multos illa dolis seducet, fraudibus atq;  
Errorum Tenebris cœlo subducet, & orco  
Æternum miserè laniando ignibus addet.*

*Sed Festina suis mittet DEVS Arma, vi-  
rosq;  
Elysij linquent loca iucundißima Campi  
Ignib; CLIAS famulis transuet; & ENOCH,  
Suppetias viresq; ferent mortalibus isti,  
Et Pseudo Christum detectâ Fraude, Doloq;  
Dignam Tartareis apponent Ignibus ollam.*

Hoc



5

Hoc PseudoChristi Monstrum, REVER  
RENDE laboras

Oppugnare tuis Doctrinæ viribus, atque  
Christiadum pestem sacris configere telis.

ELIÆ iam iam mores imitaris & ENOCH

Quosq[ue] prement quondam claris virtutibus illi

Præpropera tu clade fugas, & deicis Hostes,

Vnde nec immerito nulli cupis esse secundus;

Tu funesta feris Lernæi colla colubri,

Et si mille forent capite à ceruice reuulso

Dogmata Lernæo capiti æquiparanda, ferires

Mille, refutares fallacia dogmata mille.

Herculeis pingi res digna coloribus, atque

Mæonis, aut virtus Thusca cantada camenâ:

Vnde tuis nostra est promendis Laudibus impar

Musa, per hos ipsos perget tamen ire labores.

Undas Nauigio Vitreas sulcauit Iason,

Ferque vias falsas per & æquora cœrula, Vellus

Nobile Dinitis, spolium tulit ille Draconis.

JOANNA Instro cedat malesanus Iason,

Noster enim non vana sibi quæsivit Honoris

Culmina, non colchi Gemmas, nec velleris Aurū,  
 Sed sacras Leges compluribus impiger Annis  
 Hausit, & errorum Pelago defunctus, amari  
 Dona laboris habet, studio/æ præmia vitæ;  
 En ut Purpureâ velatus Epomide Iason  
 Noster, inauratō ceu Colchi vellere splendet,  
 Gaudet & eximio tandem Doctoris Honore,  
 Dignus cui tales faciat sacra Musa Triumphos.  
 Non roseis Aurora rotis vagas sidera cælo  
 Dispulit, aut fugiens sensim, redditura vocauit,  
 Quæ te non vigilem studiis librisq; vacantem  
 Cerneret, haud densos opita volumina fumo,  
 Puluere vel turpi turgebant scrinia, Palmis  
 Semper munda tuis tactuq; attritta frequenter.  
 Rar atibi ac aliis fuerant commercia, raro  
 Aut nunquā multos placuit numerare Sodales,  
 Odit enim socios plures Industria, nempe  
 Secessum Musæ scribentis & otia quærunt.  
 Vina nec Ausonio, nec consule nata Quirino  
 Antiquos pressere cados, sed saepe natabas  
 Inter Castalides Clario bene potus ab Amne.

Dodri-

*Doctrinæ non cessit Honos Virtutis, autæ  
 Religionis amor. Te castæ, Diua, cohorti  
 Præfecit caput, illa Parenstua vota secundet.  
 Nunc qualem Tyriâ te limbus Epomide vestit,  
 Talem perpetuo deducas tramite vitam,  
 Dequis tuis pariter gestis cantabimus omen,  
 Numinis immensi flagranti plenus amore  
 Quod sis flammiuomo portado ad Aethera curru,  
 Et prati Elysij recreandus honoribus olim.*

A N N O M. DC. XXIV.

F I N I S.



REVERENDIS  
ADMODVM, NOBILI-  
BVS, DOCTRINAQVE EC-  
CELLENTISSIMIS VIRIS, AC DOMI-  
nis D. Rectori Magnifico, Procancellario, De-  
canis, Camerario, necnon almæ Ingolstadiensis  
Academiæ S. Theologiæ, Iurisprudentiæ, Medi-  
cinæ, Mathesis, Philosophiæ, Æthicæ, Rethori-  
cæ, cæterisq; liberalium Artium Doctoribus, Pro-  
fessoribus, Serenissimiq; Maximiliani S: Rom: Impe-  
rij Electoris, ac vtriusq; Bauariæ Ducis &c. Consi-  
liarijs dignissimis, Dominis suis omni ob-  
seruantia Colendis.

S. P. D.

11

Quanta

**V**ANTA apud Patrios Exterosq; facultatis vestræ Academicæ olim & nunc fama, imò & eâ ipsâ maiores Doctrinæ effectus emânen, non meo vnius iudicio, sed omnium Litteratorum consensu confirmatur.

Attamen vos Omnia scientes, Viri Præclarissimi, hoc vnum nescire mihi visum est, VATICINARI.

Cùm verò scientia mali & boni hominia Deo data sit, latus tamen miror, quòd inter tot Sapientiæ, pietatis ac scientiarū Eucaliones, tot Philosophos, Theosophos, & Antroposophos, nullus Propheta, nullus Astrologus, nullus Augur, nullus Ægyptius Vates, nullus Veridicus, nullus Geomanta, aut Nigromanta, nullus vel vnu tantum Steganographus, nullus kakosophus, nullus Cacodœmon, nullus deniq; Magus vel naturalis vel Infernalis reperiatur; nisi fortè inter vctulas quasdam, similes hic Studiosæ, Bacchæ, laureæ,

laureæ, Magistræ, Licentiatæ, aut etiam Doctri-  
ces (salua Reliquarum pace) latitent: quamo-  
brem pudeat Tantos viros, etiam in hoc genere  
hisce Mulierculis inscitiores esse, & quid hodie,  
vel cras futurum latèrē: cùm æquiorem præscien-  
di coniecturam, ex legitima calculatione Vobis  
comparare, nulla iura prohibeant.

Adeoq; nullus vestrūm negat Astronomus, vel  
etiā Medicus, quæ vis crytica & energia numero  
septenario inhæreat. En ergo vobis (Viri præstā-  
tissimi) libellum hunc quatuor septenariorum,  
qui vobis quæsita propè omnia indicabit, in quo  
vos Omnes vnâ horâ simul a me creatos Progno-  
sticorum Doctores esse volui, vt nulla amplius in  
vobis septē Artium deficiat; Polliceorq; si hanc  
Artem inter cæteras profiteamini, duplo maio-  
rem Auditorū concursum captaturos. Quis au-  
tem hoc secretum vobis dedicet, discetis ex ipso  
opere Prognosticari. Valete, & vigete, meq;  
vt ego Vos, semper amate, ex militari  
arena 28. Mensis Aug:

## DIVITIÆ III.

1. Rerum diues eris, sed non tamen inde regeris.
2. Longâ parta morâ, tibi surripiet breuis hora.
3. Non fies diues, miser omni tempore viues.
4. Diuitiæ quæq; te linquent nocte diequé.
5. Semper opes quærvis, sed eis nunquam potieris.
6. Linquet te miserum, tam grandis copia rerum.
7. Si velles, fieres diues satis, & non egeres.
8. Res tibi collectæ, suppetunt in fine senectæ.
9. Multis gaudebis opibus, ne honore carebis.
10. Copia magnarum, tibi crescit diuitiarum.
11. Et miser & diues, ut possunt tempora, viues.
12. Res male congestas, tuæ vitæ spernit honestas.
13. Res tibi probra dabunt, & opes te non decorabūt.
14. Dum inuenis, resquære, senex quibus potiere.
15. Semper pauper eris, per talia facta fereris.
16. Tu sine sudore, rerum potieris honore.
17. Res tibi præbētur, post has probra multa sequētur
18. Littora sulcasti, tu non tibi res cumulasti.
19. Si Dominus fieres mundi totius, egeres.
20. Subdit velle Dei te semper pauperiei.

B.

Rebus

22. Res tibi congestas sequitur decus atq; potestas.  
23. Diues eris certè, sors hæc tibi spondet apertè.  
24. Diuitias quærvis, sed eis nunquam potieris.  
25. Te faciet miserum multarum copia rerum.  
26. Copia multarum, dabitur tibi diuitiarum.  
27. Diuitias curas, tibi quærere non valituras.  
28. Incidis in poenas quòd opes retines alienas.



Lucrum

## L V C R V M . III.

1. Lūcrū longinquū tibi non est, imò propinquū.
2. Es lucratus, quod erit Deus ipse datus.
3. Non lucra maiora quæras quam postulat hora.
4. Deteriora ris, quoties tu multa lucraris.
5. Caue quodq; tuum, ne perdas tu teq; lucrum.
6. Pro lucro durum damnum tibi crede futurum.
7. Magnum præbetur lucrum, maiusq; sequetur.
8. Lucrum durabit, quod non lex noxq; negabit.
9. Lucra tibi venient, & iam tibi proxima fient.
10. Tu lucrum quæris, pro quo damnum patieris.
11. Est Dominogratum lucrum, & non reprobatum.
12. Est tibi damnosum lūcrū, damnumq; lucrosum.
13. Pœnas æternas capies, lucra nī mala spernas.
14. Lucro lætus eris tu, si modò iusta lucreris.
15. Dæmonis hospes eris, per lucra, quæ modò quærvis
16. Spondet sors dura, pro lucro damna futura.
17. Nec lucrum spera, nec damna timere seuera.
18. Multæ iacturæ, pro commoditate futuræ.
19. Hoc quod lucraris, facit, vt pœnam mereris.
20. Quod non est flendum, damnū prædico ferendū.

21. Luctat id ut vici mītū, ita non tibi commoda fient.  
22. Anceps ne fueris, damnum nouiter patieris.  
23. De Lucro quæris, nouiter lucro potieris.  
24. Fient absq; mora, spe lucra tibi meliora.  
25. Ne quod lucreris, tua per peccata mereris.  
26. Hoc fatu frueris, quod cœli lucra mereris.  
27. Plus facis exosa, lucra quām Christo speciosa.  
28. Perdes pro Christo, sed multa reddentur ab isto.



Amis-

# A M I S S V M . V.

1. Perdita nō flebis, quia post breue tempus habebis.
2. Est hoc inuentum, retinetq; cupidō potentum.
3. Istius inuentor, iam definit esse retentor.
4. Hæ res amissæ reddentur, eruntq; remissæ.
5. Non cor turbetur, amissio restituetur.
6. Perdita perdentur, ita quòd non restituentur.
7. Crede fide certa, quòd erunt amissa reperta.
8. Perdita quærentur frustra, nec inuenientur.
9. Non vult inquiri res perditæ, nec reperiri.
10. Reddi iacturæ, deberent hæ tibi iure.
11. Sidera testantur, quòd perdita non reperiantur.
12. Restua perdetur, sic vt non restituetur.
13. Transiet ad plures tua res, ne quærere cures.
14. Perdita tam manè quām serò quæris inanè.
15. Inuentor tactus, reddet quæsita coactus.
16. Si plus quæratur res perdita, littus aratur.
17. In tua res iura, quæ perditæ est redditura.
18. Plus amissurus, quod perdis hinc habiturus.
19. Res quam perdideras peryt, non a modò quæras.
20. Ad te iacturæ, non sunt iterum reddituræ.

- ... retro veritate remissum.
22. Perdita ne plores, inuident inuenta dolores.
  23. Damno maiorem, pudeat te ferre dolorem.
  24. Hoc non inquiri vult, cum nequeat reperiri.
  25. Vult ad te rursum, dare res amissa recursum.
  26. Coetera seruentur, vix perdita restituentur.
  27. Amissum quæris, idem reperi re mereris.
  28. Nil capies de re, alias charas tibi quære.



Debi-

# DEBITVM VI.

1. Persoluet nemo, tua debita fine supremo.
2. Cuncta gulæ præbes, comedis quæ reddere debes.
3. Non te viuente reddetur, sed moriente.
4. Ex his liber eris, quæ te debere vereris.
5. Debita non poteris dare, cum sis prodigus æris.
6. A te debentur, quæ nunquam restituentur.
7. Debita soluentur, sed ages ne post reparentur.
8. Reddere non poteris, quæ te debere fateris.
9. Diues semper eris, sic viues, sic morieris.
10. Tu solues proprio non debita parua labore.
11. Multa tibi multum, contristant debita vultum.
12. Reddes non lente, tua debita sorte fauente.
13. Nomen debentis, tibi fert iustitia mentis.
14. Debens torpescis, quia parcè viuere nescis.
15. Reddere cogeris res, in quibus ipse teneris.
16. Abs te pone metum, solamen fingito letum.
17. Quam tu desieris debere, prius morieris:
18. Nunquā decrescunt tibi debita, sed mage crescūt.
19. Debens debebis, nec reddere cuncta valebis.
20. Debita probebis, diues minus inde manebis.

Non

21. Non te fert extra tua debita prodiga dextra.
22. Hæc ne reddideris, per peccatum prohiberis.
23. Semper adaugentur tibi debita, nec minuentur.
24. Sors tibi lucra dabit, tua debita sic breuiabit.
25. Debita soluentur, ob hæc tibi damna ferentur.
26. Quia tibi fert, amo te, soluet tua debita prote.
27. Debens cessabis fieri, censemq; duplicabis.
28. Debita grata nter persolues & properanter.



Ami-

# A M I C V S . VII.

1. Non potatorem, coniungas tibi in amorem.
2. Despice linguosum, tales crede fore dolosum.
3. Diligis hunc charè, quia charè nouit amare.
4. Diligis hunc temerè, quia nescit fraudecarere.
5. Non magnis modico, verbis bene credis amico.
6. Hic amat ardenter, leuis est tamē ille frequenter.
7. Hunc Deus ipse dabit, qui te constanter amabit.
8. Non est te dignus amor hic, est namq; malignus.
9. Hic cor constantis, & viscera gerit amantis.
10. Illum diligere noli, cupit ille nocere.
11. Hic dimittendus non est, sed charus habendus.
12. Sis cunctis horis, huius seruator amoris.
13. Omnibus est horis, seruandum fœdus amoris.
14. Non amor in mente firmus, sed in ore loquente.
15. Vix debet dici, quòd cor gerit boni amici.
16. Linguâ magnificentum, vitâ facturus amicum.
17. Esse fide dignum hunc credas, atq; benignum.
18. Vota gerit mille, nuncamat nunc odit ille.
19. Si vis diligere quenquam, fidum tibi quære.
20. Huius cor plenum est aspidis arte venenum.

C

Diligit

21. Diligit hic verè, multos tales tibi quære.
22. Quære Deum cœli, gaudebis amore fideli.
23. Virtutes antè quam res quæras in amante.
24. Diligis hunc charè, qui charè nescit amare.
25. Hic amat, ergo pari dulcore meretur amari.
26. Ne credas isti, deceptus penè fuisti.
27. Cautius incedas, nec èum fidum tibi credas.
28. Hic falsi moris est, species te fallet amoris.



Ini-

# INIMICVS VIII.

1. Turba amicorum, tuus hostis corda tuorum.
2. Post tempus modicū, tibi se dabit hostis amicū.
3. Verbis est modicus, sed non verbis inimicus.
4. Hosti lēdēndi vis est, & velle nocendi.
5. Qui nequeunt abijci, fortis tibi sunt inimici.
6. Actus per stultos, hostes queris tibi multos.
7. Es bene morosus, ideo pāucis odiosus.
8. Est cautus multūm, te perdere credit in ultum.
9. Es superaturus hostem, mala damnā daturus.
10. Es nulli charus, tibi sic fit hostis amarus.
11. Iocundis verbis hosti, frenum dare nōstī.
12. Ne tibi crux detur, hoste Deus ipse tuetur.
13. Te tamen verbis, tuus hostis ledit acerbis.
14. Est inimicorum, circum te turba tuorum.
15. Te nimis oderunt hostes, & perdere quærunt.
16. Hostis te lēdet, quōd per reliquos fore credet.
17. Hostem quem queris, capies, vt ei domineris.
18. Vt facis iratum, sic fac hostem moderatum.
19. Qui fuit, est & erit hostis, te perdere quærit.
20. Hostem vicisti, detur si amor tibi Christi.

21. Immeritum rodit, te clam miter hostis & odit.
22. Post tempus modicum, strenuū vinces inimicū.
23. Hostiles tu quasq; premes fraudesq; minasq;.
24. Dat tibi pacificum, fœdus concors inimicum.
25. Vult gens hostilis, vt detur mors tibi vilis.
26. Hostis vexaret te vi, nisi turba iuuaret.
27. Iam subiit funus, de sœuis hostibus vnuis.
28. Est hostis plenus fraude, tuus & sine laude.



Via.

# VIA. IX.

1. Hoc iter expediet minus, & nimis vile fiet.
2. Plus tempestatis, via fert quam commoditatis.
3. Cum danno vadis, multum fert haec via clavis.
4. Sistere decebit multum, plus ire pigebit.
5. Hoc iter expediet, dux ipse Deus tibi fiet.
6. Hoc iter aggressus, properanter perfice gressus.
7. Est via donorum Deus & tutela bonorum.
8. Quam nunc ipse facis, erit & simul haec via pacis.
9. Vadas securus, tutela non es cariturus.
10. Est tibi latura via, quam carpis, mala plura.
11. Hinc gaudens ibit, gaudens sospesq; redibit.
12. Non via fit stulta, sed ea lucrabere multa.
13. Haec via completā, nequit hac vice tangere metā.
14. Hoc iter aggressurus, eris damnum subiturus.
15. Tu non euades damnum, si tu modò vades.
16. Non iter hoc captè prodest, prodest remanere.
17. Est via grata satis, multum fert utilitatis.
18. Hoc iter euites, nam donabit tibi lites.
19. Tu studeas ire cautè, citiusq; redire.
20. Te sanum ducet Dominus, sanumq; reducet.

21. Latus extensus, ratus pariterq; recidivis.
22. Non caret hæc à te quæ sit via commoditate.
23. Ut non ledaris, non hoc iter ingrediaris.
24. Vade, tibi tales, quos nōsti, iunge sodales.
25. Sistegradum, siste, motus non proderit iste.
26. Securus vade, bene vadas, & sine clade.
27. Est iter hoc gratum, sors læta dabit comitatum.
28. Irē putas esse tibi plūs quam stare necesse.



Pere-

# P E R E G R I N V S . X.

1. Ne reditus detur morbo vel morte tenetur.
2. Ditatus paucis rebus venit ille diebus.
3. Nil modò durabit, sed spe citius remeabit.
4. Fert lucra festinus, ut amicis de, peregrinus.
5. Morti vicinus fuit, & nunc est peregrinus.
6. Longius hinc iuit, & iam rediens bene viuit.
7. Morbus cum durus vexat, tamen est reditus.
8. Qui peregrinatur, morbo nocuo moratur.
9. Nondum vicinus ad propria fit peregrinus.
10. Huic mora si detur, peregrinus sanus habetur.
11. Venit lætatus peregrinus, opesq; lucratus.
12. Quò redit ille minus, lucrum sensit peregrinus.
13. Pergere tu pausas, dant in fortunia causas.
14. Venturus viuit peregrinus qui procul iuit.
15. Hic peregrinatus opibus veniet comitatus.
16. Languet antè minus, plus nunc languet, pegrin?
17. Hunc visurus eris nouiter, ne soliciteris.
18. Est egressurus tardè, tamen est reditus.
19. Est iam vicinus patriæ rediens peregrinus.
20. Longa recedentem mora detinet & venientem.

21. Ille reuertetur, nulla citò peste tenetur.
22. Hic captiuatur, imò minùs ille moratur.
23. Vota suprema ferè iam tangit, desine flere.
24. Est per res multas reditus oblita facultas.
25. Morbo vexatur peregrinus, sicq; moratur.
26. Quem mora detinuit, tandem reddet breuis hora.
27. Fessus torpescit, fessusq; morando quiescit.
28. Expectas vanè, nec serò redit neq; manè.



Ædi-

## Æ D I F I C I V M . XI.

1. Perdis quod fundas per ventum, tempus & vndas.
2. Ædem cœpisti, sed finem non dabis isti.
3. Ædifica planè, sicut locus ædis amænæ.
4. Perdent hæredes te, vel quas construis ædes.
5. Ædes labentur quando bene perficiuntur.
6. Vis aderit fati, tibi nuncius ædificati.
7. Ædificatur us eris hic, multis valiturus.
8. Hoc opus incepsum finem non sumet ineptum.
9. Fiet desertum quod fundas, hoc scito certum.
10. Desine plantare, struētas ædificare.
11. Efficient mentem fundamina tanta stupentem.
12. Istam structuram Domino credas placitaram.
13. Ædifices, metà concludes omnia lætâ.
14. Est duraturum minus hoc, quam uis ruiturum.
15. Vana struis vanè, domus hæc erit area planè.
16. Fundas, confundis, mutas quadra ta rotundis.
17. Istud opus multùm durabit, robore fultum.
18. Hoc opus ætatis breuis est, & commoditatis.
19. Postquam fierieris opus istud, laude frueris.
20. Dat tibi res multas operandi crebra facultas.

D

Pro

21. Pro paupertate vendetur ad huc domus à te.  
22. Hoc opus incultum non est durabile multūm.  
23. Hic quæ conduntur tibi tempora longa dabūtur.  
24. Ut producatur opus hoc, à sorte negatur.  
25. Vendicat hostilis sibi gens opus ædis herilis.  
26. Hoc per fundamen capies in fine foramen.  
27. Sicut cœpisti, finem domui dabis isti.  
28. Hoc opus nisi signe quod agis, vastabitur igne.



Hæres

## HÆRES XII.

1. Hæres proueniet, sed prauus ad omnia fiet.
2. Pro nihilo quæres, genitus tibi non erit hæres.
3. Hæres hærebit tibi, qui per cuncta valebit.
4. Dignus honorari tuus est hæres & amari.
5. Patri dissimilis hæres dabitur tibi vilis.
6. Hæredem dignum teginges atq; benignum.
7. Tu cupis hæredes, tibi totas personat ædes.
8. Non tibi desperes, gratus donabitur hæres.
9. Hæres proueniet in quo tibi gloria fiet.
10. Quod tu vix speres, in morte senex erit hæres.
11. Infortunatum coniunx pariet tibi natum.
12. Tu natos quærис, quos tegenuisse quereris.
13. Ex te progenita stirps viuet cœlibe vita.
14. Hic morbo mœstus, fit auarus atq; molestus.
15. Hæredem quærис, hærede bono potieris.
16. Gignes hæredem patriam quidestructet ædem.
17. Tu cupis vt generes, dabitur tibi degener hæres.
18. Quamuis plus cuperes natū, tibi nata fit hæres.
19. Non est quærendus hæres, ne sit tibi flendus.
20. Moribus inuiti sunt hæredes tibi multi.

21. Hæres quem paner coniunx, tibi gloria fiet.  
22. Seruabit benes patris augendo tuus hæres.  
23. Hæres jucundè viuet ditatus abundè.  
24. Gaudia multa feres, quòd erit tibi nobilis hæres.  
25. Hæres iam dictus, lætum reddit tibi pectus.  
26. Natus honorandus tuus est cunctis, & amandus.  
27. Natum sponsa dabit tibi qui non degenerabit.  
28. Nunquā mater erit, hæc quæ tibi nubere querit.



Nego-

## NE GOT I V M . XIII.

1. Nunc eme, nūc vēde, nec opes tibi sunt minuēdē.
2. Merces lucra dabunt, & lucra modū superabunt.
3. Res nunc vendendo, mutare nocet vel emendo.
4. Duas nunc exerces, dant grāde lucrū tibi merces.
5. Nec lucra vendentem te ditabunt, vel ementem.
6. Sis vendens & emens, erit hæc non actio demēs.
7. Plus lucrareris, si res caras sequereris.
8. Res eme tu stabiles, sint instabiles tibi viles.
9. Merces absq; mora vites, manibusq; labora.
10. Nunc tibi mercatum vult interdicere fatum.
11. Regnum cœlorū quod emas est summa bonorū.
12. Merces vendendæ tibi lucra negant, vt emendæ.
13. Nec tibi vendenti lucrum veniet, vt ementi.
14. Ut vendas & emas licet, ac prouincia demas.
15. Si vendes vele mes, non sic tibi commoda quæres.
16. A te vendetur nil proderit quod vel emetur.
17. Quicquid facturus sis, es tibi damna daturus.
18. Falsè mercaris, te fallis, pauca lucraris.
19. In mercatura credas, sunt damna futura.
20. Inde mercari poteris, nimis inde lucrari.

21. Res cemis ac venatis, magis ac magis ad lucra tēdis.  
 22. Auges thesaurum gemmas empturus & aurum.  
 23. Hanc mercaturam fore crede tibi nocitaram.  
 24. Desine lucrari, quia n̄ il potes inde iuuari.  
 25. Res tibi vendenti reddet nihil emolumenti.  
 26. Non te vendentem lucra ditabunt vel euentem.  
 27. Si quid mercaris vendendo malum patieris.  
 28. Nunc mercaturæ tibi sit dilatio curæ.



Indu-



## INDUMENTVM. XIV.

1. Alterius iura noua vestis erit subitura.
2. Venturam pestem per eam tibi credito vestem.
3. Sub fausta stella vestis fuit acta nouella.
4. Cunctis gratuseris, ista de veste frueris.
5. Vestem vermis edet, & in ægro commoda tædet.
6. Cultus vtentes, pigros facit & metuentes.
7. Est plus formosa tua vestis quàm preciosa.
8. Hoc ornamentum portabis in æde parentum.
9. In tali veste nulli placuisse gemes te.
10. Hic fiet cultus tibi magni causa tumultus.
11. Cultus perdendus fuerit nec inueniendus.
12. Posthac multorum tua vestis erit dominorum.
13. Cultus formosus faciet quòd eris odiosus.
14. Vti desiste, fit cultus inutilis iste.
15. Hæc vestis malè stat, sed ob hæc tibi gloria restat.
16. Hæc vestis celebris error fiet mulieris.
17. Has vestes quid emis? illis vtère supremis.
18. Non datur hunc cultum gestanti viuere multū.
19. Cæstè viuentem vestis facit illa gerentem.
20. Diuitibus grata vestis foret hæc & amata.

Amo-

21. A modo non vestem facias quæ dat tibi pestem.
22. Hac sub' formosa caro veste latet speciosa.
23. Hoc ornatum decus est, & forma ferentum.
24. Non durabit ita sicut vestis tua vita.
25. Causa nouæ pestis fiet tibi splendida vestis.
26. Augmentum decoris vestis dabit atq; decori.
27. Dum vestiris ita, lites & prælia vita.
28. Isto dum frueris cultu, damnum patieris.



Ægra-

## Æ G R O T V S XV.

1. Vita dabit peius, quā m̄ mors ægro daret eius.
2. Languet sub venere, dabit hūc venus ipsa valere.
3. Iam deploratur æger, m̄ ors namq; minatur.
4. Subruet in fine vim mortis vis medicinæ.
5. Hic opediuina fit sanus non medicina.
6. Fortis eum languor, & longus deprimet angor.
7. Quo nunc torquetur æger morbo, morietur.
8. Accidet absq; mora languenti mitior hora.
9. Morbi vim fortis, vincit vicinia mortis.
10. Certus de vita languens est iste cupita.
11. Hic vt priuetur vita, peccando meretur.
12. Non euasurus est æger, sed moriturus.
13. Languet perfractis verbis, & prauis & actis.
14. Non metus est mortis, quamuis sit passio fortis.
15. Si bene seruetur æger, morbus minuetur.
16. Ægro dic esse vitam finire necesse.
17. Vitæ solamen venit ægro per medicamen.
18. Febris eum dura torquet, sed adest propè cura.
19. Languens languebit, tandem tamen inde valebit.
20. Mortis vicinæ vim vincet vis medicinæ.

21. Multum torquetur, tamē hac vice non morietur.  
22. Febris eum fortis, remouet confusio fortis.  
23. Morbi feruentis fugiet dolor, arte medentis.  
24. Morbum languentis non pellet cura medentis.  
25. Febris durabit, hinc febris hunc superabit.  
26. Munere cœlesti, morbi dabitur fuga moesti.  
27. Vltrò diuina priuat miserum medicina.  
28. Vires naturæ sunt per morbum morituræ.



Vxor.

## V X O R XVI.

1. Non sumas mortis potius quam munera sortis.
2. Coniunx foeta malis, tibi non fiet socialis.
3. Vilis es vxori, sed charus eris meliori.
4. Hæc est pacifica, verbis & mente pudica.
5. Est mens vxoris laudabilis æmula moris.
6. Sponsa suis verbis mores corrumpit acerbis.
7. Ritè nece thorium, veniet de stirpe malorum.
8. Si despontetur vxor tibi, poena sequetur.
9. Hanc vis vxorem, quia non vis hac meliorem.
10. Nec te consumas, nec dæmonium tibi sumas.
11. Tu te seduces, istam quo temporeduces.
12. Vxor stratum cogit te scandere fatum.
13. Ducas vxorem nisi potes hac meliorem.
14. Non est ducenda talis, sed vilis habenda.
15. Hac tecum iuncta, venient tibi prospera cuncta.
16. Iungens vxorem prauam tibi, perdis honorem.
17. Sponsam sume datam, fausto sub sidere natam.
18. Quamuis inuitum sibi, sedabit ista maritum.
19. Hæc despontatur coniunx tibi, quæ dominatur.
20. Si vis vxorem, perquiras hac meliorem.

- ~~... daces vxorem, non cius habebis amorem.~~
- 22. Plenus sermo mali veniet de coniuge tali.
  - 23. Hanc duc vxorem cum non possis meliorem.
  - 24. Ipse tibi facere sponsam de virginine quære.
  - 25. Nunquam laetus eris ex hac quam ducere queris.
  - 26. Vxor vastabit tibi res & dilapidabit.
  - 27. Fellegerit plenum cor, habet in ore venenum.
  - 28. Portat in ore foris coniunx tua signa pudoris.



Ami-

# A M I C A XVII.

1. Est vento similis, modò charus, hinc modò vilis.
2. Hæc tibi sit curæ, parcas pro te morituræ.
3. Pèstis non modicæ tibi causa fit ardor amicæ.
4. Hac nolente tamen peream patiare grauamen.
5. Vita, cupit quæq; cunctos hæc diligit æquè.
6. Sic vt legalis est, sic tibi sit specialis.
7. Pectore non cœco te cordeq; diligit æquo.
8. Te cupit illa parum, faciens alium sibi charum.
9. Te quod amat iurat, mendax tua carpere curat.
10. Te vult decipere tua, nec te quærerit habere.
11. Diligis hanc iustè quæ diligit anxia plus te.
12. Gaudes non modicè tantæ dilectus amicæ.
13. Non tibi sit chara, quoniam tibi fiet amara.
14. Non benediligeris ab ea, quia solus amaris.
15. Diligit te primum, tempus te fallit in imum.
16. Diligeth hæc fidè, remouet fallax amor hinc te.
17. Decipit hæc plures, illi nec credere iures.
18. Pulchram, pacificam, fidam tibi iungis amicam.
19. Pectoris ambo paris vos estis, amas & amaris.
20. Fraudē in mente gerit, laqueos tibi ponere querit.

21. Non defraudaris ab ea, quia solus amaris.
22. Durusei noli fore, se dat nam tibi soli.
23. Hæc mellita foris, intus habens aconja.
24. Hæc amat absq; dolo, ex te fert gaudia solo.
25. Per solitum morem, dulcem seruabit amorem.
26. Dulcia verba dabit, sed te nec amat, nec amabit.
27. Est meretrix talis, quæ cunctis est generalis.
28. Hæc est dilecta tibi fraude doloq; referta.



Locus

## L O C V S - XVIII.

1. Causa non tristi, linques loca quæ teruisti.
2. Ante dies quinq; moneo, loca nota relinque.
3. Quærit transsumtus locus à te toedia sumptus.
4. Non sine iactura, mutas natalia rura.
5. Si loca mutentur, tecummoda non imitentur.
6. Non loca mutare debes, nec ab hinc remeare.
7. Sta, nec te mutes, nec hæc mea dicta refutes.
8. Nunc loca commuta, nunc tendis ad loca tutæ.
9. Ut mutes loca chara, cauſſa mouebit amara.
10. Damna vitabis, loca pristina ſi variabis.
11. Cognita mutabis loca, nec datum num tolerabis.
12. In propria ſede, propria ſiſ firmus in æde.
13. Si loca mutantur, rerum bona concomitantur.
14. Eſt tibi multorum mutatio cauſſa bonorum.
15. Non loca mutare tardes, prodeſt properare.
16. Non te ferre putes bona vel mala, ſi loca mutes.
17. Nunc ſi transibis, ſpe multo longius ibis.
18. Fit tibi damnorum nouitas, nouitate locorum.
19. Sors eſt in fatis, loca ſi queris nouitatis.
20. Si loca mutares, ingens datum num refutares.

Quid

21. Quid facias nescis, si migras, siue quiescis.  
22. Admonet hæc hora, loca te mutare priora.  
23. Tu loca non muta, non est mutatio tuta.  
24. Commoda donantur tibi, si loca nunc variantur.  
25. Ne mala merceris inter loca, nota moreris.  
26. Si loca non mutes, pro lucro damna refutes.  
27. Nondum spernendus locus est tuus, immò tenend⁹.  
28. Mutes absq; mora loca, ne perdas meliora.



Placi-



## P L A C I T V M XIX.

1. In placito dura, tollit tibi Curia iura.
2. Propter delictum te reddet Curia victum.
3. Legis censura tibi restituet tua iurā.
4. Lis sine iactura tibi non est ista futura.
5. Si poteris placita dimittere, postea vita.
6. Litis quære moram, quia lites perdis & horam.
7. Non timeas placitum, referas hunc esse petitum.
8. Dilatæ lites fugiant partes sibi mites.
9. Aduersæ cedes parti, vi et usq; recedes.
10. Te fac securum, nil causa dabit nocitum.
11. Te si procedet vera x sapientia, lædet.
12. Tu sic victorem facis ob causam meliorem.
13. Ut bene tracteris, voti dulcore fruēris.
14. Caussæ victor eris, nimiūm licet inde graueris.
15. Fiet causa tamen, minuet mora longa grauamen.
16. Viues in placito, potieris iure petito.
17. Dat laudes vsq; tibi causa, lucrumq; decusq;.
18. Tu placitum vites, facient te perdere lites.
19. Vnum certamen, placiti coeleste iuuamen.
20. Sunt tibi dilatæ lites, pro commoditate.

- 2.1. Par es in placito, vincendum te fore scito.
- 2.2. Vinces in causa, fuerit iniuria clausa.
- 2.3. Per placitū quæres, plus quā m̄ tu quærere speres,
- 2.4. Vincere tu poteris placito, si modō quæris.
- 2.5. Laus in tractandis placitis, fiet tibi grandis.
- 2.6. Perdes in placito, sumptus cum iure petito.
- 2.7. Paruam lucrando rem vinces in placitando.
- 2.8. Hoc viues more, non vinces imō fauore.



Doctri-

## D O C T R I N A . X X .

1. Addiscis plura, quæ nil tibi sunt valitura.
2. Non nisi de superis, doctrinam sumere queris.
3. Incipe directâ, doctrinam sumere sectâ.
4. Dogma nequit capere virtutis, mens mala verè.
5. Non discendo bene, semen committis arenæ.
6. Conferet immensū domini reuerentia sensum.
7. Quam Christus præstat, tibi danda scientia restat.
8. Quod non vult fieri, sensu cupis ipse repleri.
9. Est collatura doctrina tibi dona plura.
10. Debes, si sapere vis, dogmata mente tenere.
11. Se vocet indignum, doctrina quaq; malignum.
12. Discere ne cesses, vt tu minùs inscius es ses.
13. Non tibi donatur sensus bonus, imò negatur.
14. Expers doctrinæ sterilis & eris sine fine.
15. Dattibi sors sapere, bene discere, multa docere.
16. Ne sapias plura, facit hæc, obliuio dura.
17. Est pro doctrina, primò tibi danda ruina.
18. Plus tibi stultia prodest, quàm sumna sophia.
19. Utile discendi sit dogma Deum metuendi.
20. Plenum nequitia, non cor inire sophia.

- ....., tibi pandet dogma supernū.
- 22. Posce Deum mundè, te cor replebit abundè.
  - 23. Doctrinam quære, potes hanc dico tibi habere.
  - 24. Artes tu queris, & in artibus erudie ris.
  - 25. Desere doctrinam, tu percipies inopinam.
  - 26. Exerce studia, dabitur tibi summa sophia,
  - 27. Est terrenorum tibi mens, non superiorum.
  - 28. Disce, tibi morum dabitur doctrina bonorum.



Honor

## HONOR. XXI.

1. Accidet, ut plores per eos; quos queris, honores.
2. Es propter morem, magnū sumpturushonore.
3. Inter maiores, veneraberis atq; minores.
4. Debes more pari, cum principibus honorari.
5. Et decus, & veræ laudes, tibi terga dedere.
6. Dona dabit decoris, moderatio cordis & oris.
7. Laude, potestate priuaris, honor fugit à te.
8. In pœnis mores, mutabis adeptus honores.
9. Tale decus queris, quod te quæsisse quereris.
10. Consortem procerum, faciet te gloria rerum.
11. Non diuturnum, decus est tibi grande futurum.
12. Stultus dedecorat, sed te discretus honorat.
13. Spe tibi maiorem, fiducia spondet honorem.
14. Ecce decus cupidum dabitur, minimèq; petitum.
15. Quære creatorem, quem si potes, auget honorem.
16. Plenus honoris eris meritò, quia dignus haberis.
17. Laus tua crebrescit, & semper honor tibi crescit.
18. Tu laus semper eris, per talia fata feteris.
19. Nō honos est sed onus, ad quod properas ita pron⁹
20. Cor tibi triste fuit, quod honoris cura perurit.

21. Ut tibi laus detur & honor, tua fama meretur.
22. Omne cupido decus, auffert tibi magna cupido.
23. Ne tibi donetur honos, à fatis prohibetur.
24. Sors vertens cursum, te vult extollere rursum.
25. Per solitum morem, tibi sors seruabit honorem.
26. Cum dono decoris, sumis onus ipse laboris.
27. Plenus decore fies, & egenus honore.
28. Ni mutes mores, in cassum queris honores.



Som-

## S O M N V S XXII.

1. Somnia signa boni, debent tua mente reponi.
2. Signa fuisse mali, sub somno credito tali.
3. Rem tibi significant aliam quam somnia dicant.
4. Vult abolendo metum, te visio reddere lætum.
5. Visio nocturna, tibi gaudia dat diurna.
6. Plausum visa dabunt, sed te non lætificabunt.
7. Lux non tardabit, quæ somnia viuiscabit.
8. Res somni veniet, & verax visio fiet.
9. Visio te faciet lætum, quia prospera fiet.
10. Tu fieri spera, nouiter tua somnia vera.
11. Somnus ut ipse bonus tibi sit, Christū pete p̄nus.
12. Cum lux luccescet, noctis tunc visio cesset.
13. Non est mens sana, quæ curat somnia vana.
14. Non sunt inuisa, sed commoda somnia visa.
15. Somnia ne quære, quæ signant, vana fuere.
16. Cum te non tangant tua somnia, te nihil angat.
17. Possunt visa tibi, pro veris somnia scribi.
18. Quæ te delectant, ad gaudia somnia spectant.
19. Vana quæ obierit nox, somnia turpia ferit.
20. Efficient mentem, tibi somnia praua timentē.

Æquo

21. Æquo maiorem dant somnia vana timorem.  
22. Somnia vidisti, phantasma sed adsuit isti.  
23. Prodest ut cœles, obserit si visa reueles.  
24. Tempora post sera, fiet tua visio vera.  
25. Visa tibi verè, faciet mora parua patere.  
26. Nil tibi timoris, faciet phantasma timoris.  
27. Somnia deficiunt, nam nec bona nec mala fient.  
28. Hoc quod significet, tibi lux <sup>(tricesima)</sup> <sub>(certissima)</sub> dicet.



Opta-

# O P T A T V M . XXIII.

1. Absq; mora totum, complebit sors tibi votum.
2. Optasti multa, fiet hæc optatio stulta.
3. Optas optandum, tibi non est ergo negandum.
4. Quod cupis, hoc flebis, ad dedecus illud habebis.
5. Perdes optata, sunt his contraria fata.
6. Consumes votum, cadit ad libitum tibi totum.
7. Optas rem grandem, gauifus habebis eandem.
8. Te votum stultum, tristem faciet fore multum.
9. Complebit totum diuina potentia votum.
10. Quod cupis hoc fieret, tua n̄i sors prohiberet.
11. Optas si vanè, te votum perdet inane.
12. Iam sunt vicinæ tibi per mala vota ruinæ.
13. Fiet votorum dilatio nulla tuorum.
14. Vota facis temerè, decet vt votis moderere.
15. Ne sis optati compos, vis dat tibi fati.
16. Ecce dies grata, qua suscipies tua vota.
17. Quæ cupis absq; mora tibi fient, & meliora.
18. Optas optatum, per tempora cuncta negatum.
19. Moris est quod queris, & votis ipse frueris.
20. Optandi stulta, tibi sit turbatio multa.

G

Tu

21. Tu tibi cor curis, cupiendo multa peruris.  
22. Optanti digna sorsest in dando benigna.  
23. Ecce venit votum quod quæris, suscipe totum.  
24. Voti solamen tibi det Deus, quod cupis, Amen.  
25. Sumes optatum nouiter, nec erit tibi gratum.  
26. Optasti temerè, non debes vota tenere.  
27. Sumes optatum, quod te facit esse beatum.  
28. Dulcius optato veniet tibi munere grato.



Spes



## S P E S XXIII.

1. Iusta tibi spes est, quam speras, propria res est.
2. Speras sperandum, quod speras est tibi dandum.
3. Est tibi ventura spes, sed post tempora plura.
4. Forte darent fata, si sperares moderata.
5. Ad nihilum pelli bona spes solet atq; repelli.
6. Speras rem grandē, sed damnna dabit tibi tandem.
7. Perfer & obdura, spes est in parte futura.
8. Tu speras stulte, perdes sperata, simul te.
9. Sit spes ad Dominū, tibi Dominus fert in opinū.
10. Fallit spes tua te, sed non dimissa sit à te.
11. In Doño speres, dabit hic tibi quod bene quāres.
12. Est indiscreta spes, est errore repleta.
13. A Domino dabitur tua spes, si iure petitur.
14. Est hoc venturum, quod speras, sed nocit turum.
15. Nullum votorum fore te credas habiturum.
16. Spes est inuenta, tibi das viētus alimenta.
17. Spes daret effectum, cùm nil speres nisi rectum.
18. Non speras temerè, quia spem gaudebis habere.
19. Iam Deus absq; mora, faciet tibi spe meliora.
20. Hinc tua spes cesset, vacuū tibi, quod petis, esset.

21. Spes est illicita, sperare nocentia vita.
22. Non speras sine re, tibi rem contingit habere.
23. Fiet pro certo, iuxta rem spes in aperto.
24. Hoc speras stulte, quod tandem perdere vult te.
25. Desine sperare, spes te nequit ista iuuare.
26. Ne speres vana, non spes hæc tibi sana.
27. Spes erit in rebus, paucis completa diebus.
28. Quod metuis veniet, quod speras, non tibi fiet.



Bel-



## B E L L V M . X X V .

1. Hostes auffugient, segnes ad prælia fient.
2. Ut redeant, fugient hostes, noua prælia fient.
3. Audacter pugna, laus in hac fiet tibi pugna.
4. Bellum si poteris, fuge, vel damnum patieris.
5. Hostes vastandi non sunt, damno sinegrandi.
6. Pars in conflictu procumbit iniquior ictu.
7. Pars tibi dilecta, minùs est virtute refecta.
8. Hostes terga dabunt, mortem multi tolerabunt.
9. Alterius partis dolor est aggressio Martis.
10. Belli nemo fore victor valet, absq; crux.
11. Victor eris certè, si fiant prælia per te.
12. Bellum nasceretur, victoria nulla sequetur.
13. Pugnaturus eris, victoris laude frueris.
14. Non sis securus, ictum belli subiturus.
15. Spondet onus belli, quod parient damna rebelli.
16. Belli causa datur tibi, sic tibi palma negatur.
17. Perdes insignem terram, per bella, per ignem.
18. Dignis, indignis, gladius bona tollit & ignis.
19. Si quæris iusta, non pugna tibi fit onusa.
20. Cunctè pugnando vinces, hostesq; fugando.

21. Omnis in bellis, vincetur turba rebellis.
22. Non eris in poenitentia victor, sed fama perennis.
23. Sunt finitiuri pugnashostes fugituri.
24. Bellum cessabit, pars altera se reuocabit.
25. Prælia deficient, & pacis foedera fient.
26. Belli securus eris, & damnum subiturus.
27. Lis pugnæ pendet, armis pars altera splendet.
28. Hi qui vincentur damnum leuius patientur.



Capti-

## C A P T I V V S XXVI.

1. Qui captiuatur, prodest vt detineatur.
2. Non hunc captiuum, vult carcere reddere viuū.
3. Captus soluetur, & pro paruo redimetur.
4. Tardè soluetur captus, tamen egredietur.
5. Sede tenebrosa, captum tenet hora morosa.
6. Captus soluetur vt gens sua lātificetur.
7. Captus soluendus erit, & præcio redimendus.
8. Exit absq; datis, captus de carcere gratis.
9. Captus lātetetur, lux instat quā redimetur.
10. Captus abit viuus de carcere, sed fugitiuus.
11. Sese captiuus soluens, fiet fugitiuus.
12. Qui captus, tutus veniet, vinclisq; solutus.
13. Reddet captatum, tibi summa potentia ratum.
14. Carcer captiuum, reddet sine munere viuum.
15. Carcer frangetur, fugiet quicunq; tenetur.
16. Post tempus modicum, tibi carcer reddet amicū.
17. Sumet serò tamen captiuus vincla leuamen.
18. Captus soluendus, est pro præcio redimendus.
19. Reddetur gratis captus, monitu pietatis.
20. Pro capto cuncti, gaudebunt sanguine iuncti.

Capti-

21. Captiuus veniet a carcere, quo a citonet.
22. Custos falleatur, sic captus egredietur.
23. Fracto captiuus evadet carcere viuus.
24. Liber reddetur, nouiter qui captus habetur.
25. Nunquam captiuus veniet de carcere viuus.
26. Carcere claudetur captus, donec redimetur.
27. Captus saluetur, nouiter iterum capietur.
28. Non poterit redimi, tenebris de carceris imi.



Fur-

## F U R T U M XXVII.

1. Furta quid exploras, dum quæris, inane laboras.
2. Maior iactura, si quæris, erit tibi cura.
3. Fur erit inuentus, nec reddet furta retentus.
4. Plus rapient fures, nisi de reliquis bene cures.
5. Tu fora scrutēris, si furta requirere quæris.
6. Non capies fures, non furtum quærere cures.
7. Hoc custoditur propriè, lenius reperitur.
8. Lux citò lucebit, quo fur, furtumq; patebit.
9. Fur cor habere solet, quod furtum reddere nolet.
10. Quod furtum referat latro, populus bene sperat.
11. Non poterit sciri furtum, nec fur reperiiri.
12. Cum famulis degit, qui furtum turpiter egit.
13. Occultus cur est furti locus? aduena fur est.
14. Non fur noscetur, nec furtum reperietur.
15. Resapparebit surrepta, latroq; latebit.
16. Furta reducentur, per stellas inuenientur.
17. Furta tibi rectà, sunt inter proxima tecta.
18. Inuenies furtum, tempus hoc dabit tibi curtum.
19. Non est quærendum, quia non est inueniendum.
20. Inuenturus eris furtum, si per fora quæris.

H

Furtum

21. Furtum reddetur, incognitus autor habetur.
22. Fures præbebunt præmium, sed furtæ latebunt.
23. In visu plebis, furtum cum fure videbis.
24. Captus erit latro, furtumq; loco latet atro.
25. Sedibus obscuris latitant vestigia furis.
26. Captus furabit, sed reddere furtæ nequibit.
27. Fur suspendetur, & furtum restituetur.
28. Si furtum vis scire, non debes longius ire.



Timor

## TIMOR XXVIII.

1. Transit mensuram timor hic, causamq; futurā.
2. Cùm fugiat metus, non sis terrore repletus.
3. Fiet maioris quàm nunc tibi causa timoris.
4. Credis id horrendū tibi, quod nihil est metuēdū.
5. Concipis iniustos terrores, sis tibi custos.
6. Hoc metuis temerè, quodcumq; nemo timere.
7. Te modica de're prohibet tutela timere.
8. Esse timens cesses, animosus honestius esses.
9. Non metuis temerè, metuis lädentia verè.
10. Non tibi sit grandis timor in rebus dubitandis.
11. Posthac maioris veniet tibi causa timoris.
12. Non preme cor curâ, metuis tibi non nocitura.
13. Te prohibet temerè defensio tuta timere.
14. Causâ maiorem pudeat, proferte pudorem.
15. Non ut oporteret, in mente tibi timor hæret.
16. Est tibi decoris timor hic moderatè timentis.
17. Fit timor à cura, tibi sunt bona multa futura.
18. Non sis tutus ita, cùm anceps sit tibi vita.
19. Cum casu tristi, veniet res, quam metuisti.
20. Non fies trepidus, quia custos est tibi fidus.

21. Credie propinquafore tibi, deteriora timore.
22. Pax tibi dolorem minuet, plaususq; timorem.
23. Quod metuis fugias, vt tutus sic tibi fias.
24. Cum magni sceleris sis auctor, iure vereris.
25. Nil, quo laedaris, nunc est, tibi nil verear is.
26. Non sis securus, quia casus adest tibi durus.
27. Iste timor fugiat, & tutum cor tibi fiat.
28. Non sis securus, posthactimor est redditurus.

F I N I S.





## ADMONITIO AD LECTOREM.

**S**icut non omnibus contigit adire Corinthum, nec omni testudinem pertractanti ritè sonare, quia Musices modulamen fidiumq; contractum rudis quisq; tyro non edidicit: Sic etiam paucis huius Sortilegij Prognosticon indagaturis veritas elucescat, donec debitam animi, vite, & morum rationem seruauerint.

Itaq; primùm erit animi compositio, cauendumq; ne mens multifarijs ideis distrahabatur, præter quam una ad Sortem inquirendam intensione.

Secundum, vite & morum probitas, quippe occulta non reuelantur nisi verè pijs, nulliusq; sibi delicti conscijs: quapropter non mirentur curiosi circulatores, si in amphibologicum Apollinis Oraculum incident, cum eos adhuc male conscientie rodit vermiculus: unde Hæreticis Hæresis, peccatoribus peccata, & cuiq; sua tollenda, expianda, immo radicitus extirpanda erunt vitia, antequam veritatis speciem quandam recipient.

Tertium, ut non quaq; inani data occasione, sed rebus quasi instantibus, summaq; urgente necessitate vaticinium hoc consultetur, quo deniq; reperio, nihil verum credatur, ne superstitionis laqueo capiantur creduli,

Deiq; iudicium meritò incurvant, quia male de se vel alijs iudicare voluerunt, cum tamen omnia futura, præter incertam certe mortis horam ignorare teneamur.



HOC  
EXARCANIS ARCANORVM  
Authoris & Typi incogniti.  
Anno & Die huius Prognostici  
CLIMATERICO.  
M. D C. XXVIII.  
Mensis Augusti. 28.

